

potest pats cenferi se gravatam, ac ideo superior per appellationem aditus de ejus legitimitate gravamen an sit, judicabit; quia à giudice cujus arbitrio aliquid relinquatur, & gravat, potest licite appellari regulariter, & ex his, quæ latè Farin. in tr. crim. tom. 1. q. 17. à n. 27. cum pluribus seqq. & nos latè infra 3. p. c. 53. per tot.

26 Secundo præfata regula & conclusio adhuc fallit in aliquibus casibus, in quibus licet non mandetur, nec præcipiatur à jure fieri sequestrum; sed solum permittitur appellatio admittenda est suspensivè ex alio capite, seu aliis specialibus juris rationibus vigentibus peculiariter in illis. Et horum unus, sit: quando propter suspicionem fugæ probatam sequestrum fieri permittitur; de quo fit mentio per Doctores supra inter casus gestos: nam in hoc casu imminet periculum per moram, nam si appellatio suspenderet effectum mandati de sequestro, ea interim pendente aufugeret. Et confirmantur suspensiones in maximum periculum juris petentis, quod illuforium maneret, & inane id, & præjudicium propter difficultatem executionis, & hæc fugæ suspensionis ratione multa sunt à jure permiffa specialiffima, quæ aliàs non permitterentur aliquo modo, ut est videre apud Villal. com. pin. lit. D. fol. 218. n. 27. Ill. in Imperium, n. 15. ff. de jur. ist. omn. judic. Scibi Rom. Anchar. conf. 184. alias 192. Farin. in pract. crim. 3. tom. q. 28. nu. 130. vel alios Azev. in l. 1. §. tit. 9. lib. 1. recop. in princ. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 30. & q. 13. n. 100. & lib. 1. c. 58. sub n. 2.

Et ubi est periculum in mora, appellatio nullatenus suspendit. l. fin. ff. de appellat. recip. Ripin. in l. admonendi, n. 193. ff. de jurejur. Joan. Bapt. Atimius in praxi jud. §. 32. c. 1. lim. 2. nu. 7. Franc. in c. qua fronte, in gl. in ver. decedat, col. 5. ad medium sub n. 18. Ill. post alios in l. 1. n. 5. ff. de feriis. Hippol. de Marf. sing. 87. & 256. Manfred. in lib. 2. conf. 356. Ozaf. decis. Pedemont. 86. facit quod Bart. & Salic. in l. generaliter in fi. pr. C. de rebus cred. quia quando periculum est in mora, meritò à juris regulis recedimus, de quo per Doctores, præsertim Decium in c. dilecta ad fin. vers. hoc verum, de confirmatione uti vel inuti. & per Hippol. de Marf. in l. 1. C. de probat. col. 40. Mandof. super reg. 3. 1. quod commissio causarum q. 3. n. 2. & seqq. ergo nihil mirum, ut licet in hoc casu cesset ratio illa legis mandantis fieri sequestrum, cum hæc altera periculi imminenti vigeat in eo, appellationi non deferendo, vim nullam adesse, dicatur.

Et comprobatur, quoniam licet ad expediendum decretum sequestrationis, necessaria sit partis citatio, & causæ cognitio, Angel. conf. 107. num. 1. & 3. Alexand. Stiat. in pract. judic. 12. n. 5. Achil. Personal. de adipiscend. n. 23. vers. & judex tom. 3. p. 2. fol. 46. Beneintend. dec. 73. orta, n. 3. & Contard. in l. unie. limit. 16. nu. 10. Gratian. discept. forens. 114. n. 37. Curtius de sequestro c. 2. nu. 59. dicentes quod revocatur de facto sequestrum, quando ex obruto fuit concessam Virginus de Boecat. tract. de inter uti possi. c. 14. de probat. n. 44. vers. & Menoch. to. 3. p. 2. fol. 309. tamen quando periculum esset in mora, tunc citatio non est necessaria, nec juris solemnitates requiruntur in sequestri appositione, Beneintend. decif. 73. orta num. 14. Joseph. Ludov. Perusi. decif. 20. sub n. 2. Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. memb. 2. à n. 28. Meno. de adipisc. rem. 6. n. 19. Achil. Personal. d. tract. de adipisc. sub n. 24. vers. quod ego tom. 3. p. 2. fol. 246. & n. 38. Alex. Stiat. ubi proximè, sub n. 2. & loquendo in periculo fugæ, tenet Scaccia, ubi proximè, sub nu. 30. Alexand. confil. 6. n. 10. lib. 4. ex supradicta ratione, quia tunc receditur à juris regulis, & solemnitatibus. Quando autem ex hac urgenti causa sine citatione appositum est sequestrum, non erit relaxandum, nec revocandum absque ea, Contard. in l. unie. n. 16. n. 14. & seqq. C. si de nom. poss. aliàs autem factum, non servatis servandis etiam de facto potest reponi, Achil. Personal. de adipisc. rem. n. 35. 36. & 37. Scaccia ubi proximè n. 7.

Tertio limitatur: & sic alius sit casus ad tollenda scandala & rixam, ne partes ad arma deveniant, juxta l. aquissimum, ff. de usufructu. cum pariter (ut in superiori casu dixi) multa à jure specialia sunt inducta & permiffa propter id vitandum. Etenim hanc esse permiffam, & legitimam causam apponendi sequestrum, non obitante appellatione, ab eo interposita, seu aliàs pendente, tradit August. Berolius conf. 116. appellatione pendente. in princ. & per totum, ita ut à sequestro in hoc casu non admittatur appellatio, ne ejus executio impediat, tenet Tiraquell. in tract. le mort, 6. p. de electione 6. num. 6. pag. 280. Mieres (loquendo in bonis majoratus) in tract. de majora. 3. p. q. 7. n. 4. alios etiam per Gratia. in regul. 413. n. 4. (qui licet loquatur absolute, ita est intelligendus) Bald. in l. unie. sub n. 3. & ibi Salicet. sub num. 3. Cod. si de momen. poss. Alexand. Stiat. in pract. jud. c. 12. sub n. 3. Scaccia de appell. quest. 17. lim. 6. memb. 2. n. 14. & seqq. Ruginell. eodem tract. §. 2. c. 2. verbo sequestrum num. 877. Carrocus tract. de sequest. part. 4. q. 8. vers. contrarium. Pedemonta decif. 25. n. 141. Beneintendi. decif. 79. n. 1. & seqq. Alini. in tract. de executione nu. 122. cum plurib. seq. Marquessa trad. de commiss. 1. p. c. 22. à n. 32.

Præsertim cum in hoc, & aliis casibus, quibus per appellationem sequestrum non impediri dixi, attentis rationabilibus causis, & legitimis rationibus, leve ac parvum præjudicium adest, cum is cuius res sequestratur, non amittat, sed retineat suam possessionem, seu detentionem, sicut antea, l. licet §. res depositæ, ff. de post. gl. 2. in c. examinata de judiciis, ubi Abb. n. 13. Card. num. 25. Imola n. 6. in d. clem. 1. Felin. n. 14. de cap. examinata Curtius tract. de sequest. quest. 20. nu. 71. Guido Papæ decif. 246. num. 6. & ibi additionator. Grammat. decif. Neapolita. 51. n. 2. Cassador. decif. 14. super regul. nu. 12. Moëda decif. 14. de rest. spol. Sarnerius in reg. de annal. quest. 46. & Mandof. eadem regul. 14. quest. 43. n. 7. Tiraq. de jure constiunt. limit. 17. n. 6. Greg. Lopez l. 1. tit. 9. p. 3. verbo per avencia. Corraus de sequestro, c. 6. & l. 3. Misael. c. 2. Menoc. de retinen. rem. 3. num. 86. Gravarius ad Veltrium lib. 7. c. 2. num. 17. Rota dec. 46. p. 1. diverso & 273. nu. 1. p. 2. Doctor Sahagum in repetitione d. cap. 1. de sequest. nu. 9. qui omnes illud in hac re constituunt discrimen inter depositarium, seu sequestrum voluntarium, qui ex voluntate ambarum partium præponitur, & necessarium, qui iudicis auctoritate datus est, ut ille possideat, hic autem nullo modo.

Et an, & quibus casibus sequestrer, depositarius, ereditor bonorum seu conductor ad modicum tempus vel in perpetuum possit præsentare, vide latiffimè ex his, quæ concessit Nicol. Garcia de benef. §. p. c. 6. à princip. & Caned. in cano. quest. qu. 10. per totam, ubi quid in pignoriibus.

Ex quo namque fructus rei, vel beneficii reservantur domino vi centi, in tempus & eventum litis finitæ, in casu quo illi pertinere delectur; non illi auferuntur, sed differuntur dumtaxat, nam quod differtur non auferitur, l. quoties, C. de precibus Imp. offerendis, c. ancillam 31. q. 2. c. nemo desperandus est, de penit. d. 7. & præjudicium dilatativum non est in consideratione, cum magnum damnum non sit in mora modici temporis, l. debitoribus, ff. de re jud. Caputaq. decif. 61. n. 3. p. 1. ubi plures allegat Pate. decif. 245. in medio lib. 1. & decif. 68. lib. 2. decif. 141. sub n. 4. eod. l. 2. Abb. in c. 2. num. 28. de seqq. poss. & fr. sed in hoc casu appellationem minimè esse admittendam, probavimus hac 2. parte circa inhibitiones temporales cap. 10. à num. 31.

Quod maximè procedit in his, in quibus solummodo fructus sequestrantur, non etiam res, cum propterea nihilominus potest continuare suam possessionem per se ipsum, per alios actus possessorios, dempta fructuum perceptiones, nam limitata sequestratio limitatos

limitatos producit effectus, l. age cum Geminiano C. de transactio. l. in agris, de acquir. rerum dom. & ita sentit, quando possessio non esset sequestrata, ut per se possit alios actus possessionis exercere. Vitallinus in d. clem. 1. n. 67. & num. fin. ibi Veltius in praxi lib. 7. c. 2. nu. 1. in fin. & nu. 2. & tenet Azevèd. in l. 1. sub nu. 17. vers. quoad fructus tit. 10. lib. 4. recop.

40 Quid autem nunc dicendum venit in descriptione bonorum, an à præcepto iudicis eam mandante fieri, ut licitè sit appellationi deferendum? Et negativè respondeo. Siquidem cum hujusmodi descriptio bonorum ad finem fiat dumtaxat, ut habeatur illorum noticia, ne subtrahantur: nulli potest dici fieri præjudicium, nec in re, nec in possessione, nec in proprietate, nec in fructibus ejus, & sic tanquam à mera interlocutoria non qualificata, sed omni legitimo gravamine destituta, nec damnum irreparabile, vim diffinitivæ, nec præjudicium aliquod ex ea potest oriri negotio, seu causæ principali, & sic omnimodo hanc esse permiffam descriptionem bonorum, probat text. in l. fin. ubi Bart. ff. de requi. reis, & in l. 1. ff. de ventre in poss. mittent. l. fin. ff. de bon. auctoritate jud. poss. Vitall. in tract. clausula nihil nov. accusacione pen. sub n. 20. & tradit Bald. in l. defen. C. de jure fisco, Bart. in l. post contr. ff. de dona.

41 Quod ex eo probatur, nam descriptio bonorum ex eo facilè conceditur, quia nemini præjudicium affert, ut videre est apud decif. Pedem. fol. 112. in consubidem impreso, n. 26. Sequitur Arif. Tapat. tom. 1. tit. de descriptione bonorum in princ. fol. 332. adeo ut in casibus, in quibus sequestrum prohiberetur, descriptio bonorum (ne bona pereant, sed appareant) fieri possit. Bart. in l. fin. §. fin. de requi. reis; nam licet sit prohibita sequestratio, non tamen est prohibita descriptio, idem Bart. in l. 1. §. eligitur, ff. de ventre in poss. mitt. Arifmin. Tapat. supr. ad fin. nisi certis casibus, de quibus per Bart. proximè citato loco, & per Bald. in l. unica. C. de prohib. seq. pecun. tenet Gratia. discepta. forens. c. 14. n. 28.

43 Qui nu. 26. & seqq. responder ad l. defensionis facultas C. de jure fisco lib. 10. ubi controversia pendente fas non est, describi facultas possessoris, aut inquietari, ut intelligatur de tali præscriptione, per quam res incorporantur fisco, non autem de simplici inventario, & descriptione, Bart. in l. vers. eligitur num. 1. ff. de ventre in poss. mittent. Curtius tract. de sequest. in princ. n. 15. vers. prædictam tamen. Martias Coler. de process. execut. c. 2. part. 1. n. 180. & voluit Bald. in d. l. unie. n. 6. ubi distinguit inter descriptionem ad incorporandum, & liquidandum, & descriptionem ad incorporandum, cum ista non admittatur, illa autem sic, tanquam non præjudicialis etiam in casu, in quo alias sequestratio non permittitur, & hanc distinctionem inter utramque descriptionem sequuntur Marfil. Laud. de fisco quest. 142. tom. 12. fol. 4. Imol. in l. Imperatores, §. rescripterunt, ff. de appell. Menoch. de arbitra. casu 457. n. 2.

44 Et quavis annotatio bonorum contra contumaces juxta l. 1. ff. de requi. reis, hodie non sit in usu, descriptio tamen, & adnotatio; de qua in l. si quis intra provinciam, C. de bonis præscriptor. hodie servatur, post alios testatur Jul. Clar. pract. crimin. qu. 44. vers. sed hodie, vide quæ nos hac 2. part. cap. 1. à n. 178. qui supra citati Doctores communiter probant, quod hujusmodi descriptio bonorum, cum nullum afferat præjudicium, nec damnum queat considerari, licitè posse fieri, etiam lite pendente super accusacione, quod etiam probat Lancelot. de attent. 2. part. cap. de attent.

45 accusacione pend. num. 21. limit. 11. absque reatu attentati; ergo sequitur evidenter, quod possint fieri etiam post appellationem ab illo, quia est regula generalis, ut omnes hi actus, qui licitè possunt fieri in lite pendente, item appellatio ipsa interposita impedimento non est, quominus generantur, text. celebris in l. si postquam, ff. ut legat. seu fideicom. nomine caveat. & nos dicit Salgado de Protect. Reg.

ximus supra cap. precedenti circa residencias ad fin. à num. 30. & sursum.

Et in expresso ut etiam post appellationem, & ipsa pendente, possit fieri bonorum descriptio, constanter tenet Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 12. n. 26. ut is, qui non potest abstinere sequestrum, potest appellatione pendente, petere à giudice hanc fructuum descriptionem, sperans sibi pertinere, & restituendos, ut postmodum longa evitetur confusio, & obscuritas, quæ oritur ex difficultate probandi per testes, quot fuerit fructuum perceptio; & tandem finita lite sententia habebit meliorem & faciliorem exitum, quia actor relevabitur per hujusmodi bonorum descriptionem ab onere probationis per testes, quantitate fructuum rectorum, & justitia facilius expeditur, & commodius ministrabitur, & ita propterea permittitur innovare id, quod fit in meliorem causæ expeditionem, text. in c. cum teneantur, de appell. & ibi Franch. & communiter Doctores.

Et cum hæc descriptio bonorum non auferat possessori liberam potestatem disponendi de rebus, & fructibus sic descriptis & in inventario positus, cum etiam illorum alienatio permittatur ex eo, quod dumtaxat fiat, ut sciatur quid steterit tempore litis moræ, & quid collectum fuerit, pro faciliore eorum probatione, & liquidatione, ut post Bart. in l. post contractum n. 19. de donatio. Butriga. in cap. fin. n. 6. de sequest. poss. & fruct. Ill. in l. fidejussor. 7. §. fin. n. 28. qui satisd. cogat. & per l. si quis intra C. de bon. præscr. Imol. in l. Imperat. §. idem rescripterunt, in princ. vers. adde quod licet, ff. de appell. Bald. in l. unie. n. 6. C. de prohib. sequestr. pecun. opimè Gratia. in discept. foren. tom. 1. c. 114. à n. 24. & facit text. in l. cum domini hæreorum §. ff. locati, judicemque absque attentato posse sibi illa concedere. Est etiam opinio ista Ant. de But. Bart. & aliorum quos modò citavi, imò dicit Bertach. in reperit. verbo, sequestratio. vers. 72. quòd quando sequestratio est prohibita, debeat fieri descriptio bonorum, si timor sit ne dissipentur, vel subtrahantur, ut facilius eorum pateat probatio, ut ipse in verb. annotat. vers. 2. ad quam refert, ubi plurimos in id refert. Sed etiam Redbuff. in consil. reg. tom. 3. tract. de seq. art. 1. gloss. 2. n. 9.

Sed quid dicendum, quando appellatio emittatur à relaxatione, seu mandato de restituendo sequestro, an sit ei non deferatur à giudice, vel fiat, in quo breviter respondeo negativè, scilicet vim non fieri, cum hujus decreti executio per appellationem impediri nequeat, tum quia hoc decretum est sententia merè interlocutoria, ita probat text. in l. fin. §. fin. autem per medium, vers. (per suam autem interlocutoriam creditorem præcipiente secundum modum debiti ex depositis pecuniis suam accipere debitum) Cod. de bonis auctori. jud. poss. & expresse Lud. in l. si finita, §. si quis autem, ff. de damno infecto. ubi reputat ad hoc illum text. singularem. Felinus etiam in rubr. de sentent. & re judic. sub nu. 21. idem etiam tenet Bald. in l. fin. ad fi. vers. item nor. C. de ordine cognitio. quem allegat ad id Bertach. in reperit. verb. sequestrat. vers. 56. ergo appellari non debet, ex Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. d. l. 2. ff. de appell. cip. l. ante sententiam, C. quorum appell. non recipiantur.

Deinde quia hæc interlocutoria secum trahit executionem paratam, nam quando judex lite pendente, & appellationem sequestrat; avocatur ab se possessionem ad evitanda scandala, ut diximus, & per partes instetur, ut sumpta à giudice informatione, qui tempore litis esset in possessione, tunc judex per suam interlocutoriam declaret aliquem possessorem, & sequestratam possessionem relaxaret, ille declaratur possessor, appellatione pendente poterit se in possessionem relaxatam mittere, ita tenet ex hac ratione Augustin. Berolius in consil. 45. in causa num. 25. lib. 3. quem sequitur Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 1. nu. 36. & seq. ubi dicit

dicit, quod cum per ejusmodi sequestrum factum judicis autoritate possessio non perdatur (ut diximus ex l. licet, ff. de positi,) statim, ut iudice declaratur possessor, relaxetur, & tollitur impedimentum illud, & continuat suam possessionem, quod fieri potest etiam pendente appellatione, nec dicitur attentare, cum continuatio ejus sit permessa non obstante appellatione, de quo etiam per nos supra; ex quo namque iudex ante sequestrum appositionem semel cognoverit de causa, ac iterum ea cognita revocat, maxima erit pro illo praesumptio, invenisse, ipsam cessare, & ideo pro ejus decreto praesumendum est, res enim facilius & absque minori impedimento debet reverti ad suam naturam, quam ab ea discedi, l. si unus §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

52 Et ex hucusque deductis satisfacies secundae parti hujus capituli, dum quaerit an a deposito vis fiat, si appellationi non deferatur, nam idem in totum, & per omnia quod de sequestro diximus; de hoc deposito a iudice facto pariter & necessarii intelligendum est, cum idem sit in effectu sequestris, & depositarius, & sequestris, hoc dempto, ut depositum unus, seu plures facere possunt: sequestrum autem non nisi a pluribus, nam tunc id fit, cum aliqua res in controversiam deducit, in ceteris autem omnibus nulla adest differentia, sed imò idem est & promiscue in iure accipitur, & apud sequestrum deponi dicemus non aliter, text. est (qui hoc probat) in l. sequestris ff. de verborum & rerum signif. l. si oleum ff. de dolo, in l. licet in princ. & in §. rei deposita, ff. de positi, & vides, & illa lex sedet sub tit. & rubr. deposito, & ideo omnimodo, & secundum eam intelligenda est, nam quando aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex hoc iudicatur esse illius naturae, cujus est rubrum, ut notabiliter voluit gl. in c. 1. & in c. ubi qui de rescriptis, cod. lib. gl. in c. unica de off. deleg. quas commendat ad id Panorm. in proemio decretal. Everard. in loc. legal. in loco a rubro, ubi latissime, & nihil aliud est sequestrum, quam iudiciale depositum, ut late per Ant. Pichar. in §. praeterea 3. a n. 17. & n. 21. ponit differentias inter hoc depositum iudiciale, seu sequestrum, & id quod fit extra iudicium inter privatas personas, scilicet absque iudicis autoritate; vide ad id per Azeved. in l. 3. tit. 9. lib. 3. recap. a princ. & ita etiam d. constitutio Pii V. supra adducta, dum mandat fieri sequestrum, dicit fructus, &c. penes personam idoneam deponantur, &c. & quod sequestris in omnibus & per omnia aequiparetur depositario probat desuper expressè Joseph. Ludov. decif. 51. n. 15. & 16. quem sequitur Tepat. tit. de sequest. 7. col. ante si. fol. 331. tom. 1.

56 Hinc sequestrarius ad restitutionem sequestris tenetur actione depositi, l. ei apud quem §. 1. ff. de positi, gloss. in l. sequestris, ff. de verborum signif. Salicetus in l. unica n. 16. ubi Curtius senior n. 5. C. de prohib. sequestr. pecun. Alexand. in l. interesse n. 6. ff. de acquir. poss. Bart. in l. si oleum, ff. de dolo malo. Ill. post alios, in l. si fideiuss. §. fin. n. 3. ff. qui satis cogant. Gravari. ad praxim. Vestril. lib. 7. cap. 2. n. 20. Petrus Surd. conf. 28. n. 10. tom. 2. qui etiam praescriptis verbis teneri affirmat, & propterea cum idem sint omnia, quae superius dicta sunt cum regulis, distinctionibus, & limitationibus, nullatenus ab hoc deposito separanda sunt, tam de mandato, de deponendo, seu sequestrando, quam de ejus relaxatione aut remotione.

57 Quid autem respondendum sit, nunc quaero, an si appellationi interposita a denegata depositi, seu sequestris relaxatione, iudex non deferat, vim faciat. In quo invenio Augustinum Beroium conf. 51. incipit in hac causa vers. secundo concl. n. 5. & seqq. lib. 3. ubi consultit, quod a non revocatione cujusdam sequestris, quod tanquam amentatum, praetendebatur revocari, valide appellari posset, ita ut tali appellatione pendente nihil sit innovandum, & per eum idem dicit Lancelot. de

attenta. 3. p. cap. 28. n. 90. Idem tenet Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. n. 17. fol. 334. Afflictis decif. 98. pulchrum, a n. 1. usque ad n. 5. & faciunt, quae supra diximus hoc capite post principium.

Quam doctrinam omnino accipe cum distinctione, & de qua supra, ut scilicet, non procedat, quando sequestrum, seu depositum mandatur, seu praecipitur fieri a lege vel canone sed tantum in iis, quae fieri permittuntur iudici, demptis limitationibus supradictis, & fit in iis casibus, in quibus appellationem permittam esse superius diximus hanc Beroii, & aliorum doctrinam procedere, ut ex ea colligitur, quia praetendebatur attentata. At verò in iis, quibus appellationem non admittimus, pariter, & a denegata remotione, & a relaxatione negamus appellationem, cum eadem dureret causa, & hanc intelligentiam aperte sentit Marques. 56 sa. tract. de commissio. 1. p. cap. 22. n. 35. & 36. fol. 249. dicens, quod quando sequestrum legitime & iuste factum est a iudice, tunc a revocatione illius datur appellatio, reddens rationem; tum, quia idem est gravamen, & tum, quia contrarium eadem est disciplina, iuxta l. 1. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iur. Ex qua doctrina sequitur alia limitatio ad principalem conclusionem nostram, & regulam, ut quando iudex in apponendo sequestro nulliter, & in debitis solemnitatibus processit, appellatio licita est, & suspendit, rectè conducunt, quae post alios Scaccia de appell. qu. 17. limit. 6. memb. 2. a n. 4. cum seqq. Et iterum aperte dicit Marquesia. ubi proxime n. 34. post Marant. de ordine iudic. 6. p. actu 2. nu. 191. ita etiam Angel. conf. 107. & foret notabile inconveniens, ut statim facto sequestro in his casibus, in quibus non appellatur, appeteret relaxatio ejus, & denegationeque appellare, consequeretur enim suam intentionem hac via, in fraudem & contra intentionem legis, & foret ad id admittis altera via, quod sibi una erat prohibitum, nam cum quid prohibetur, prohibetur omne per quod pervenitur ad illud, iuxta l. oratio. ff. de spondalib. & quae ibi adducunt doctores in l. si ut certò §. fin. ubi gloss. verbo dominium, ff. commodati, quo fundamento utuntur etiam Doctores ad illud, quod quando una via prohibetur appellatio, ad eam alia via admittendus nullus est, ut per Bart. in l. unica n. 4. C. si de mom. poss. fuer. appellat. Menoch. de adipsenda poss. rem. 4. n. 816. & conducunt, quae adducit Ancharanus conf. 78.

Ex ubi est rationis identitas, ejusdem est qualitatis & 62 naturae, eademque solemnitas requiritur, paritaeque juris in aliquo actu celebrando, & conficiendo, & in ipsius revocatione, & remotione, text. in l. item veniunt in princ. juncto §. 1. ff. de petit. heredit. bonus text. in c. unico, §. idem quoque, de sponsatio. in publ. lib. 6. juncto c. de illis in princ. cod. tit. in decret. gl. in l. 3. §. contrarium iudicium, ff. de contraria & utili actione tui. Bald. in rub. extra de iurejur. idem in l. pactum in 21. quest. C. de collati. Bart. Bald. Alexan. & Salicet. Ill. & DD. communiter in l. unus §. pactus ne peteret, ff. de pactis, gloss. Paul. Card. & ceteri in l. de tutela, C. de in integ. resitut. & late per Everard. in locis legal. in loco de contract. ad distract. ac propterea cum in hac remotionis negatione dureret adhuc illa causa primaeva, & ratio prohibitiva appellationis pariter de ea iudicandum est.

Secus autem esset affirmandum, quando ipsa causa non viget, sed cessavit jam, puta quia finita jam sit, propter quam sequestrum appositum fuit; vel praestita est cautio seu oblata cum effectu in iis casibus, in quibus per illam tollitur, vel aliter cessavit causa, propter quam hoc depositum iudiciale fuerit appositum, vel accedit dies, ad quem collata est restitutio, nam tunc cum cessante causa omnes cessant effectus, cum cessante, de appell. l. age cum Gemina. C. de transact. & considerentur diversae naturae depositum, & remotio, iustissime huic appellationi deferendum fore, declarabitur, condu-

ducunt optimè quae Gratian. discept. forens. cap. 232. num. 31.

64 Hinc est quod sequestrum appositum juris dispositione & ubi fieri iubetur, non relaxatur, nec revocatur, nisi causa jam finita per sententiam transactam in rem iudicatam, & donec dureret causa appellationis, sive sit prima sive secunda instantia. Bald. in l. fideiuss. §. fin. n. 2. vers. adde hic utrum, qui satisd. cogant. per text. in l. libibus 19. §. fin. autem fideiussiones, C. de agricol. & cens. Puteus decif. 77. lib. 1. & decif. 255. lib. 2. & de veriori opinione (quidquid alii contrarium censeant) testatur Ang. Aret. in l. Imperatores 21. §. idem rescripturunt, col. penult. ante fin. vers. fortius dico, quod talis sequestratio, ff. de appell. Gratia. discept. forens. tom. 1. cap. 114. a num. 30. Curtius tract. de sequest. cap. 2. q. 18. n. 63. tom. 3. p. 2. fol. 147. qui ibi nu. 67. vers. ego sequor. & Gratian. n. 34. & 35. quod requiritur executio, ut sequestrum revocetur; cum aliter non dicatur lis finita, hoc tamen non procedit, quando sequestrum apponitur iudicis officio, & pro ejus arbitrio, quia tunc hic rigor non attenditur, nec expectatur, vide late Garcia d. cap. 114. a num. 36. cum seqq.

67 His adde, quod quando cautio fideiussionis praestita est loco sequestris, non tamen simpliciter, sed de re non baratanda, aut restituenda, hac satisfactio dura post rem iudicatam, ut in specie declarat Curtius d. tract. de sequestro quest. 18. n. 66. & 67. tom. 3. p. fol. 247. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 348. n. 25.

68 Quo pertinet, quod sequestrarius, qui loco depositarii est semel electus, non potest mutari sine nova causa, late Surdus conf. 511. in fin. Gratia. discept. forens. tom. 1. cap. 167. num. 28. quemadmodum nec ipse sequestris, aut depositarius non possit deponere munus suscepti sequestris sine iusta iudicii, aut ejus interlocutione, vel nisi alia iusta causa supervenit, Ill. in l. si fideiussor. §. fin. n. 4. & 5. ff. qui satis cogant. Matthias Coler. de process. execut. p. 3. cap. 11. n. 5. per text. in l. ei apud quem §. fin. de positi. Gratia. supra num. 19. ubi per totum cap. late de aliis officiis etiam ad beneplacitum non revocandis sine iusta causa.

Hec procedunt, ut vides, quando a partibus appellatur a remotione depositi iudicialis a depositione remotionis, & relaxationis; nunc tractemus de depositario, apud quem res sequestrata reponitur, an a sibi facto procepto per iudicem de restituendo depositum relaxatum, & appellationi interposita iudex haud deferens vim faciat. In quo breviter resolvo, nullam vim adesse ob denegatam delationem. Quod probatur primo ex l. penult. ff. de positi, qua probatur, instrumentum depositi executionem paratam habere contra depositarium, quemadmodum & res iudicata, ut ex illius text. verbis clarè patet, ibi, illico reddere & omnibus modis compellatur, & ibi, quam cellerimè, &c. ex quibus 72 verbis clarè patet, executionem significare, nam illa verba scilicet, (compellatur, &c.) pertinent ad viam executivam, executionemque significant, ita docet Bar. in l. 1. C. de executione rei iud. & Panorm. in cap. olim. n. 23. de liti contestatione. Parlador. rerum quoti. lib. 6. 72 cap. fin. §. 1. n. 18. & quod causa depositi sit privilegiata, & ceteris solutionis, tenet Boerius decif. 296. Petrus Surd. decif. 323. n. 6.

73 Et ideo cum compulsio non possit verificari, nisi executivè procedatur, quia compulsio ipsa, cum non demus nisi in executivis, supponit executionem, quia non verificatur dispositio, nisi verificetur suppositio, gloss. in l. mancipia, vers. advocandum, C. de servis fugiti. Roma singulari 495. Ripa in c. 2. n. 39. de rescript. Ruin. conf. 83. n. 5. volum. 1. Socin. Junior. conf. 114. n. 22. vol. 3. & in conf. 150. a 7. ubi alios allegat. Decius. conf. 251. Petrus Surd. in conf. 150. num. 78. ubi plurimos refert, & in decif. 289. num. 4. imò lex unum supponens non per relationem, & alterum disponit, disponere cense-

tur etiam in eo, quod supponit, ut ex d. gl. & Romano probat idem Surd. decif. 114. num. 22. & dicit Bart. ibi, quod non compellatur illico si condemnatio deberet praecedere, antequam perveniret ad compulsionem quod est verum, quoad ordinem iudiciorum, probatio verò debet esse plenaria, ut per eum defendit constanter doctissimus Roderic. Xuares in repetitione l. postquam, not. 5. ff. de re iudic. sub n. 1. ubi constanter defendit Bart. in hac sententia & opinione contra Bald. & Salicet, qui tamen fundamentis efficacibus Bart. non respondent. Moveor etiam, quoniam d. l. fin. celerem expeditionem desiderat, prout important verba illius, (illico, quam cellerimè, quam citius) quae significant summariam causae cognitionem, rejecta exceptione altiore indaginem requirente. Ita Bart. in l. unic. loquendo in dictione, mox, per gl. ibi, C. si de mom. poss. fuer. appell. quem sequitur Xuares supra numero 2. 76 quod maxime procedit in casu nostro, ubi tot verba celeritatem, & executionem significantia geminata apponuntur, imò expressè lege illa remouentur omnes exceptiones habentes altiore indaginem ad iudicium ordinarium.

Nam non solum verbis claris censetur remota appellatio, sed etiam per verba aequipollentia, ut quando est in aliquo casu remota contradictio, vel querela, quia horum remotione censetur remota appellatio; ut post Bald. in l. 1. vers. sed an remota, ff. de off. praefecti preto. cui loquitur de querela, & text. in cap. personas de appellat. qui loquitur de contradictione, not. Decius in cod. cap. persona, in 4. n. 4. Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 3. & 4. Hieron. Gonzal. gl. 9. in annota. nu. 2. 14. & seqq. prout late probavi supra huc 2. p. c. 8. ante finem, a nu. 114. & illud etiam, quod contra depositarium, seu sequestrum agitur ad exhibendum depositum, text. est in l. 3. §. si tabula 2. ff. ad exhibendum, ubi Bart. & Alexand. & notat in l. si oleum, ff. de dolo, Bald. in l. fin. nlr. col. C. de edendo. Bertach. in repertorio, verbo sequestratio, vers. 19. quo casu celeriter agitur, & exequitur iudicium rejectis omnibus exceptionibus quae illud differunt. Parla. lib. 2. rerum quoti. c. 5. conclusio circa fin. Joan. Garcia de expensis c. 6. n. 19. & alibi passim.

Praedictam insuper Bart. opinionem extra Xuares & 79 relatos defendunt Alexand. & Immol. in d. l. penult. And. Siculus in c. bona fides, de positi in 4. col. ubi huic dictioni (illico) attribuit executionis significationem, & verbum (omnibus modis) importare ipso iure, ut dicit gl. 80 nota, in §. sancimus in authent. ut desunt. seu fun. eorum in parte omnibus modis. Sequuntur etiam Angel. in l. si depositi, ff. de positi. Alexand. in l. penult. Segura in l. si legati causa, ff. de verborum oblig. certa. 101. volum. 4. vers. alius & secundus casus, eundem sequitur etiam huic inde aliqua adducens fundamenta Zachar. in repetit. l. fin. C. de edicto D. Adria. a n. 138. ac propterea appellationem ab eo suspensivo carere.

Qui quidem n. 142. limitare voluit, ut procedat in 81 deposito actualiter, & realiter facto, non verò in deposito confessato, de cuius numeratione non apparet, sed per confessionem solam depositarii Moveatur ex Socino conf. 171. col. penult. vers. confirmatur, vol. 2. pro quo facit & dicit Additionator ad Rodericum Xuares in d. notabili 4. ex Bald. in conf. 384. in 1. vol. consil. dicentibus, quod ubi non apparet de numeratione depositi, sed tantum de confessione depositarii; non habeant locum leges dicentes, depositum esse privilegiatum, quia ejus privilegiis non gaudet, & adesse Ill. in l. 1. C. de edendo in 3. nota. ultra quos idem affirmat Soc. conf. 143. diu profecto, col. ultim. vers. confirmantur praedicta lib. 3. Quod idem repetitum in d. conf. 171. lib. 2. moventur ex eo, quia dos similiter confessata non habet privilegium verae dotis.

Sed contrarium mihi longè verius de iure videtur, 82 nam licet verum sit, quod depositum confessatum non